



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

5. Fallentia. de re Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

IN ECCLESIASTICOS. 351

sint relevancia nec ne, Alioquin ad ulteriora processurus. Petrus Gerhardi sing. 58 Rursus nota, quod Iudex secularis possit de perjurio punire & etiam cognoscere, quia crimen est communis fori: hoc est verum quando est clarum, tunc etiam punit & agnoscit secularis, alias quando est dubium, an valeat nec ne, tunc pertinet ad Ecclesiasticum: Pulchrè Romanus per plura Iura sing. 425 & 426 Mattheus Boyß Doctor.

5. Fallentia. de re Ecclesie.

Quinto fallit ubicunque per clericum agitur rei vèndicatione contra laicum super re ecclesie vel clerici. Id fieri debet coram Iudice laico secundum Innocentium & Doctores in cap. cum sit generale, de foro compe. & ita servatur in presenti regno, licet de jure clerici malefactores suos, & raptores rerum ecclesiasticarum, & invasores (qui sacrilegi sunt censendi) possint sub quo maluerint iudice convenire, ut cap. de viro, 12 quest. 2. cap. allegat. cum sit generale, & cap. conquestus eod. titu. & in fallent, seq. Adde hic quæ scripsi infr, tit. sed, §, 4.

6. In Sacrilego,

Sexto fallit in sacrilego qui puniri potest per iudicem secularem in l. si quis in hoc genus, C. de Episo, & cle. gloss. in alleg. ca. cum sit generale. ubi Hosti. videtur velle secundum Sicut. quod cum agitur ad poenam corporalem